Hæc sunt, optimi viri et fratres amantissimi, quæ de Favelli negotio vobis expouenda putavimus, ut vestrum ea de re judicium et sententiam cognoscamus. Nam etsi Favellus omnino probat nostrum et earum, quas diximus, ecclesiarum consilium de servanda perpetuò constantia in administranda loci hujus ecclesia, nullus tamen est ex nostræ hujus Classis fratribus, quin majorem in modum cupiat intelligere quid in hoc genere optimum factu judicetis : utpote quos satis norimus callere optimè qua prudentia malis hujusmodi occurrendum, et quibus remediis providendum sit. Quamobrem vos oramus atque obtestamur per viscera misericordie Dei nostri, per filium ejus, Dominum nostrum Jesum Christum, per sanctissimum illud atque ardentissimum studium vestrum erga Dei honorem et gloriam, per sollicitudinem vestram de omni politica et disciplina ecclesiastica, per eam charitatem qua omnium ecclesiarum pacem, concordiam et fraternitatem desideratis, vos, inquam, obsecramus, optimi fratres, ut pro vestra autoritate apud omnes hujus nationis ecclesias, præcipuè verò apud hanc Neocomensem, — in hanc sanctissimam Christi causam totis viribus, omni cogitatione, cura, ingenio et industria incumbatis.

Et quanquam de vestra prudentia nihil diffidebamus, tamen *visum est nobis, ut quibus modis potissimum vos hac in re possetis*

¹⁹ Calvin, dans sa lettre du 15 octobre, cite les autres paroles de *Farel*.

adjuvare, breviter vobis aperiremus. Dabitur igitur (nisi vobis molestum fuerit) *litteras ad hanc nostram ecclesiam; item, si id expedire videbitur, ad alias quasdam, et in primis Bernensem, quæ omnium maximè potest in hoc negotio.* Quas autem *huc* mittetis, ea sint ejusmodi, ut ad Senatum, populumque et concionatores dirigantur. In iis literis diligenter hortabimini partes ambas dissidentium ad mutuam concordiam et pacem conservandam: ad eum pastorem fidelissimè retinendum, quem ab ipsis jam pridem susceptum atque approbatum, iterum accersierint summo omnium consensu et applausu: quem et *parentem* toties appellarint, et parentis loco semper habuerint, idque non immeritò, ut qui eos in fide Jesu Christi genuerit.

Ad hæc admonebitis de incommodis et scandalis quæ inde possint exoriri, de judicio et ultione Domini adversus eos qui talia scelera in pastores, aut prophetas, aut doctores suos commiserint²⁰. Alia item argumenta poteritis adducere, quæ pro gratia vobis a Domino impertita, prudentiæ vestræ excogitanda relinquimus. Quin etiam, *si quid potestis apud civitatum vestrarum senatores et magistratus* (nec est dubium quin possitis plurimum), *date operam ut ab illis impetretis epistolæ ejusdem cum vestris argumenti*²¹. Nam eæ, uti speramus, non minùs ponderis quàm vestræ, aut etiam ampliùs, sunt habituræ. *Scitis enim quàm suspecta sit apud malignos interpretes, ministrorum inter se societas*: adeoque censemur cavendum esse ne incidamus in proverbium « mutuum muli scabunt. » Sed utcumque est, vestrum officium diligentiamque requirimus. Sed jam satis superque vos de hoc toto genere admonitos putamus. Superest igitur ut nos opera vestra, consilio et precibus adjuvetis: quod si feceritis, quemadmodum confidimus, optima quæque speramus per Dei gratiam et auxilium: præsertim cum jam nonnulli ex adversariis summittere animos et culpam agnoscere videantur²².

Hoc unum sic habetote, fratres in Domino Jesu observandi: *si unquam antea opus fuit laborare de ecclesiastica disciplina atque*

²⁰ Les églises visitées par *Eynard Pichon* (n. 1) déférèrent aux recommandations qui leur sont données ici.

²¹ On a des lettres écrites en faveur de *Farel* par le Conseil de Bâle et par celui de Zurich (N^{os} 1060, 1065).

²² Cet adoucissement devint encore plus sensible dans le mois suivant (Voyez les lettres de *Farel* du 8 novembre, du 1^{er} et du 9 décembre, et celle de *Fabri* du 24 novembre).

politia, illud hoc tempore et in hoc negotio esse quàm maximè necessarium. Nec enim ignoratis qualem personam ubique in hisce regionibus Favellus sustineat, et quanto in precio apud optimos quosque habeatur. Hujus etiam ecclesie antiquitas causam graviolem et majoris exempli atque periculi esse facit : propterea quòd hic Neocomensis populus jam ante multos annos prædicationem Verbi divini recepit, et postea semper in Evangelio perseveravit.

Quæ suprâ, fratres humanissimi, breviter scripsimus, vestri commonefaciendi gratia, æqui bonique, ut credimus, consulitis. Unum tamen restat, quod à vobis iterum magnopere contendimus : *ueumpe, ut in vestris ad Senatam populumque literis, aliquid etiam attingatis de more atque instituto nostro hactenus conservato in hac Neocomensi provincia, quatenus ad ministrorum electionem constitutionemque attinet.* Ejus autem instituti ratio et formula sic habet :

Primo loco, ministri sive pastores totius provincie eligunt eum qui sit præficiendus Evangelii ministerio ; de vita ejus diligenter inquirunt, in doctrina faciunt periculum. Secundo, ubi idoneum esse perspexerint, adducunt ad Principem²³ et Magistratus, ut eorum autoritate approbetur. Tertio, Princeps, cum Magistratu et aliquot pastoribus, eundem producit ad populum, ut illum in pastorem recipiat, nisi sit rejiciendi causa legitima. Tale est nostrum in eligendis et præficiendis pastoribus institutum : quod non solum publico omnium consensu receptum est, sed etiam mutuo jurejurando inter Principem et pastores sancitum, idemque ipso usu et consuetudine jam per aliquot annos comprobatum²⁴.

De hoc autem genere vos hoc tempore interpellare, nec erat opus, nec coluissimus quidem : nisi essent quidam nebulones qui, post ejus iustituti sanctionem, nuper commoverunt Principem et populum, nescio quibus nugis et frivolis ratiunculis persuadere conati, omnem hujus rei potestatem de præficiendis pastoribus ad solum Principem et populum pertinere.

Proinde re ipsa coacti, vos iterum rogamus et obtestamur, ut ad tuendam pacem et Christianam conjunctionem inter omnes nostræ nationis ecclesias, *de hac re velitis sententiam dicere, utrum sit condempnandum, nec ne, hoc nostrum ecclesiasticum institutum*²⁵.

²³ C'est-à-dire, au Gouverneur de Neuchâtel, représentant du Prince.

²⁴ Nous ne connaissons aucun document contemporain qui expose aussi nettement la procédure suivie à Neuchâtel pour l'élection des pasteurs.

²⁵ La date que nous avons donnée à la présente circulaire (note 1) est confirmée par la lettre de Calvin du 15 octobre et par celle de Myconius du 24 octobre.

1051

SIMON SULTZER ¹ à Jean Calvin, à Genève.

De Berne, 6 octobre 1541.

Inédite. Autographe. Communiquée par M. le comte Henri de Sarrau, à Bordeaux ².

S. Etsi tuarum rerum Ecclesieque statum novisse magnopere cupio, postulare tamen ejus à te prolixam significacionem ideo non audeo, quòd hunc tuum postliminio reditum conjicio sic et variis et innumeris occupationibus distringi et obrui, ut ejusmodi officiis nequeas vacare. Quare *et silentium tuum boni consulo. Quod tamen, ubi dabitur primùm, rumpas velim, vel erga D. Contzennum*³, *nostrum retinendo saltem, non infrugifera, arbitròr, ejus erga te benevolentie gratia, qua te verè et in Domino complecti copit*⁴, *posteaquam nuper ex me*⁵ *et tuum de univèrso ministerio communi, ecclesieque disciplina judicium, et oblatum erga nos ecclesiamque nostram stulium*⁶ *significassem. Simul et Farello factus [est] æquior,*

¹ Voyez, sur *Simon Sultzer*, pasteur et professeur de théologie à Berne, le t. IV, p. 384, et l'Index du t. V. Il s'était entretenu familièrement avec *Calvin* le 8 et le 9 septembre (p. 243).

² Nous sommes heureux de présenter nos remerciements publics à M. le comte de Sarrau et à notre excellent ami M. l'archiviste Ernest Gaullieur, qui a bien voulu se charger de copier pour nous la présente lettre.

³ *Pierre Kuntz*, le pasteur le plus influent de la ville de Berne et l'un des anciens adversaires de *Calvin* (IV, 379-384).

⁴ Cette nouvelle dut beaucoup réjouir le Réformateur, parce qu'il n'avait pu s'assurer à *Berne*, vu l'absence de *Kuntz*, si l'hostilité de ce pasteur à son égard avait fait place à des sentiments fraternels.

⁵ Sultzer a oublié ces premiers mots, et, au lieu de finir la phrase par *audivisset*, il a employé *significassem*.

⁶ On voit par là que, dans ses entretiens à Berne avec *Érasme Ritter* et *Simon Sultzer*, *Calvin* s'était exprimé très nettement sur les devoirs et les privilèges du ministère pastoral et sur la nécessité d'une discipline pour maintenir l'ordre dans l'Église. Les renseignements qu'il leur apportait sur les troubles de Neuchâtel durent prêter une nouvelle force à ses paroles.

cujus zelum non solum excusare, sed et tueri hic apud quosdam serio institit⁷ : *pollicitus mihi utrumque vestrum in conjunctissimorum sibi amicorum numero habiturum esse.*

*Farello scripsi consolatorias*⁸, indubie graviter motibus suorum percusso : nec scio satis quis sit eorum eventus expectandus nobis, quoniam dies aliquot nihil novi quicquam accipio⁹. *Vereor vehementer ut ista erga liberiorem correptionem impatientia latius sit pervagatura*, extincto jam, vel saltem torpescente calore plerorumque, quo sunt primam Evangelii predicationem amplexi, sublataque novitatis gratia : maximè quando non desint qui ventris studio per blandiloquentiam suam aures teneras titillent¹⁰. Dominum rogabim.[us] qui robur constantiamque nobis contra tot Sathanae machinas suppeditet, rebusque suis presens ipse adsit et suam ecclesiam tueatur.

Pestis apud nos vehementer etiam invalescit, obdormientibus in singulas septimanas amplius quam centenis hominibus : ut hominum memoria nulla unquam crudelius hisce in locis et urbe non magna severit¹¹. Sed hæc virga furoris Domini est, ingratitude nem maximam paterna castigatione corripientis : quem tu pro nobis precabere in orationibus tuis. D. *Beatum Gerungum ex Argentorato accersimus*¹² ; verum ejusmodi locum sit habiturus,

⁷ En recommandant *Farel* aux principaux sénateurs bernois, *Kuntz* lui rendit un éminent service. On put en mesurer la portée quelques semaines plus tard (Voyez la lettre de Berne à Neuchâtel du 26 novembre).

⁸ Sous-entendu *litteras*. Cette lettre de Sultzer à *Farel* est perdue.

⁹ Les ambassadeurs bernois qui avaient prononcé, le 2 ou le 3 octobre, une sentence très défavorable à *Farel*, devaient être de retour à Berne. Mais ils ne se pressaient pas de communiquer au public le résultat de leur mission.

¹⁰ A comparer avec la lettre d'Antoine Thomassin (p. 258, renv. de n. 10) et avec celle de la Classe de Thonon (p. 269, deuxième paragraphe).

¹¹ Il est probable que *la peste* avait éclaté à Berne en même temps qu'à Fribourg, c'est-à-dire au mois de septembre (Voy. Hisely. Hist. du comté de Gruyère. II, 357, 359, 375. — Lettre de Berne à Michel de Gruyère du 30 mai 1541. Arch. bernoises).

¹² MM. de Berne avaient demandé, le 15 septembre précédent, au Conseil de Strasbourg de leur céder le diacre *Béat Gering* ou *Gerung*, natif de Münster en Argovie. Les renseignements que nous avons recueillis sur ce personnage ne sont point concordants. Ainsi *Bédrot* écrivait de Strasbourg à Myconius le 31 octobre : « *Beatum Gerungum speramus utilem futurum ecclesie Bernensi. Pacis est amantissimus et bonus vir* » (Arch. de Zurich). *Bullinger*, au contraire, s'exprimait ainsi dans sa lettre à

non satis dum constat. *Bernardum* verò *Telamonium*¹³ *Argentoratium* remittimus, uti alybi cum reliquis studiosis agens, tutior sit ad tempus, donec remittente fortasse nonnihil hac clade nostra, minore cum periculo apud nos aggredi destinatum munus possit. Amanter voluit is te ut suo nomine salutarem¹⁴.

Acta Ratisbouensia accepimus¹⁵, et placet vehementer tam perspicuè, mundo¹⁶ hanc progredi historiam.

Vale, mi frater, et *Contzeno*, obsecro, prima quaque occasione scribito; me enim facilè præteriri patiar, hunc modò ne negligas. Berne, 6 Octobris Anno 1541.

Saluta meis verbis fratres tuos symmistas, *Viretum* in primis.

Tuus

SULTZERUS.

(*Inscriptio* :) Viro eruditissimo D. Joanni Calvino, verbi apud Genevates administro, amico et patrono suo singulari.

Vadian du 1^{er} octobre : « Aiunt *Beatum illum* qui superiore anno propter adulterium sacerdotio et ministerio exutus est a *Tigurinis*, ab *Argentorato Bernam* vocari ad ministerium Verbi. Unde nonnihil turbaram metuo oriturum. Est enim homo ingenii arrogantissimi ac pravi » (Min. orig. Arch. de Zurich).

^{13,14} *Bernardus Telamonius* (en allemand *Tillmann*), jeune Bernois qui avait étudié à Strasbourg et que nous retrouverons professeur de philosophie à Berne. Pendant ses études, il avait probablement formé des relations avec *Calvin*.

¹⁵ On lit distinctement *mundo*; mais il est bien possible que Sultzer l'ait écrit par distraction au lieu de *mundè*.

¹⁶ Ce devait être l'édition latine des *Actes de Ratisbonne*, publiée à Strasbourg par *Bucer* (Voyez p. 217, n. 3). On ne pourrait penser aux *Actes de la Journée impériale*, ouvrage de *Calvin* lui-même; car ce fut seulement le 18 octobre 1541 qu'il demanda au Conseil de Genève la permission de le faire imprimer : « Sur quoy (dit le Registre du Conseil) résoluz que cella soyt visité. »

1052

ANGELIN CHASNAL à Pierre Masuyer¹, à Cossonay.

D'Yverdon, 13 (octobre) 1541.

Inédite. Autographe. Manuscrit de notre collection.

Chier frère, j'ay veu ce que me mandé. Je vous anvoye des my[taines] bonnes, que constent sans rien rebattre cinq sould. De mon compère, vostre cousin, il s'ent retornast d'*Aubonne* par [*Lausanne*] convoyant *Madame de Gruyère*²; pour tant ne vint point icy. Et de rechefz allast sambedy à matin à *Gruèrez*³. Tenez

¹ *Angelin Chanal* ou *Chasnal*, diaere à Yverdon, était natif de Pont-de-Veyle en Bresse. Un membre de la même famille, *Isaac Chanal*, fut nommé avocat fiscal de Bresse en 1569 (Voy. Guichenon. Bresse et Bugey. Partie III, p. 103. — Edmond Révérend du Mesnil. Armorial hist. de Bresse, Bugey, Dombes, etc. Lyon, 1872, in-folio, p. 158).

Pierre Masuyer (en latin *Masnerius*), pasteur à Cossonay depuis le mois d'octobre 1536, était aussi originaire de la Bresse. Sa famille descendait d'*Antoine Mazuyer* dit Pacalier, greffier de la Cour ordinaire du Beaujolais en 1462 (Voy. l'Index du t. III. — E. Révérend, o. c., p. 418). Selon Louis de Charrière (Chronique de Cossonay, p. 128), *Pierre Masuyer* paraît avoir appartenu à une famille noble. — Sa fille *Sara*, baptisée à Concise le 23 août 1534 par Jean Lecomte, épousa le 13 mars 1555 *Ésaïe Boyve*, bourgeois de Neuchâtel, châtelain et receveur de Georges de Rive à Prangins (Communication obligeante de M. Édouard de Boyve, à Nîmes).

² *Catherine Eynard* ou de *Monteynard*, seconde femme de *Jean II*, comte de Gruyère et baron d'Aubonne, qui était mort le 23 novembre 1539. Jean de Gruyère avait eu deux fils de son premier mariage : Michel et Antoine. *Michel*, qui succéda à son père, n'était pas marié en 1541. *Antoine*, seigneur de Villargiroud, avait épousé en 1537 M^{me} de Maconnens. Ce n'est pas d'elle qu'il s'agit ici, mais de *Catherine*, la comtesse douairière. Son beau-fils lui avait confié l'administration de ses États, en décembre 1539, et il était retourné au service de l'Empereur. On a la preuve que le comte *Michel* se trouvait à *Aubonne* le 12 octobre 1541, et qu'il y passa plusieurs semaines. Cette circonstance explique le voyage que *Madame de Gruyère* venait de faire dans le Pays de Vaud (Voyez J. Hisely. Hist. du comté de Gruyère, II, 342-44, 352, 353, 356, 357, 363, 375).

pour certain que les promesses sont faicte avec celle [qu'on disoit], avec la fille de la dame *Marie*. *Ille mihi dixit... et ita factum est*. Je vous prie, recommandé-moy à Monsieur maistre *Jean Dalonay*³, lequel je m[er]cie fort] du service qu'il m'a faict pour ma toux, car il l[y a faict] diligence. Le Seigneur Dieu le luy rende! Je me recommande aussi à *Hector du Mont*⁴, apoticaire, lequel m'a escript que maistre *Jean* a ordonné de mon affère, [sçavoir] de mandé d'argent quinze sould; mais je ne possède argent pour le présent. Donc il luy plaira attendre un petit de temps jusque à la saint Andrien⁵. Alors je vous anvoyray l'argent pour le poyé.

J'ay faict toutes vous recommandations, et tous se recommandent, principalement Mons^r de *Beaumont*⁷, vostre cousin et sa femme, sa nycee, sans oblié *vostre femme*, vostre beaux-père et vostre... Je vous prie, ayé souvenance de moy, si cella que sçavez

³ Petite ville située à 7 l. au S.-O. de Fribourg, et qui était la capitale du comté de Gruyère.

⁴ Le médecin *Jean Volat*, de Chambéry, pasteur du village de *Lonay*, près de Morges (t. V, p. 346). La forme particulière qui est ici donnée à son nom s'explique (comme nous l'avons dit, t. VI, p. 101, n. 102) par l'habitude de désigner familièrement un pasteur, en indiquant son prénom et le lieu de sa résidence. *Maître Jean d'Alonay* est donc mis pour *Maître Jean*, pasteur de *Lonay*.

⁵ Nous ne savons si *Hector du Mont* était du Pays de Vaud, ou s'il appartenait à la même famille que ce *Claude du Mont*, de Pont-de-Veyle, qui se réfugia, avant 1557, à Genève (Voyez Galiffe. Notices géneal. II, 316. — Edmond Chévrier. Notice hist. sur le Protestantisme dans le département de l'Ain. Paris, 1883, p. 153, 244, 286).

Pendant les années 1540-1541, il y eut dans le Pays de Vaud une immigration si forte, que plusieurs villes prirent des précautions à l'égard des réfugiés. Ainsi, le 25 septembre 1541, les nobles et bourgeois de *Cossonay* décidèrent que ces « avenaires » devraient, dans un terme donné, « aller querre leur lettre de chastellayn ou de curé, » pour qu'on apprît quels étaient leurs noms, « fame et conversation, » et s'ils avaient été « délinquants en quelque chose » dans leur pays (Voy. Louis de Charrière, o. c., p. 126, 127). Le sentiment de la confraternité religieuse n'avait pas en le temps de se développer.

⁶ C'est-à-dire, jusqu'à la Saint-André (30 novembre). *Angelin Chasnal* n'avait reçu qu'un faible à compte sur son traitement : la questiou de savoir qui devait le payer étant restée indécise. Enfin, le 13 octobre 1541, MM. de Berne ordonnèrent à leur bailli d'Yverdon de livrer annuellement « au *diacre* de la ville » 100 florins, 1 muid de froment, 1 muid d'avoine et 4 *söum* de vin (400 pots. Voy. Jean de Müller, II, 173).

⁷ Ce pourrait être le personnage dont *Viret* parle en ces termes : « *Bellomontanus* rursum me consuluit, ut si quam ei conditionem fratres

[se peut] frère. Je seroy plus près de ceulx qui sont mes amys, rière lesquieulx j'ay souvant affère⁸. Priant Nostre Seigneur, il vous doint sa grâce. D'Yverdout, ce 13 jofur d'Octobre⁹] 1541.

Vostre bon frère

ANGELIN CHA[SNAL, diacre] d'Yverdout.

Je me recommande à maistre *Guilliane*¹⁰, vostre diacre. Je vous prie, donué ce lètre à *Hector du Mont*, car le messagier e'en départit sans m'aseurez : certes il ne m'a point parler quan se despartit.

(*Suscription*) : A maistre Pierre Masuyer, prédicant de Cossenay, mon bon frère et amys, à Cossenay.

1053

JEAN CALVIN à Martin Bucer, à Strasbourg.

De Genève, 15 octobre 1541.

Autographe. Arch. du Séminaire protestant de Strasbourg.

Calvini Opera. Brunsv. XI, 293.

CALVINUS Bucero S.

Cum uxor appulit¹, nondum redierat Neocomo Viretus, quò eum paulò antè miseramus², ut si nihil aliud, saltem et bonis et malis

invenire possent, commendatum haberent... Bonus vir penitus exhaustus est, et quò se vertat nescit » (Lettre à Calvin, octobre 1543).

⁸ Il désirait être placé dans une paroisse voisine de Cossonay.

⁹ Les faits mentionnés dans la note 6 nous semblent fixer la date du mois.

¹⁰ Probablement *Guillaume Masuyer*, compatriote du ministre *Pierre*.

¹ *Idélette Calvin* avait dû arriver à Genève le 8 octobre. Le 11, les magistrats genevois décidaient de faire vendre au plus offrant les trois chevaux et le chariot « lesquels ont amené la femme et ménage de Maistre *Jehan Calvin*. » On paya au voiturier *Émoz Daiz* « pour 22 journées » 7 florins, 4 sols (Voy. A. Roget, I, 314). Comme c'était le 16 septembre que le Conseil avait décidé de l'envoyer à Strasbourg, on peut en conclure qu'il était parti de Genève le 17 et y était rentré le samedi 8 octobre.

² *Viret* se trouvait encore à *Neuchâtel* le mardi 4 octobre, et peut-être le 5, si la sentence des ambassadeurs de Berne fut prononcée le 3 (Renvoi

testatum nostro nomine faceret, quàm alienum sit à pia et christiana ratione, plebem ob minimas vel etiam interdum ob nullas causas insolescere contra ministrum. *Nobis renunciatum erat, diem esse dictum amicæ compositioni : eo die³ adfuturos Bernenses.* Adfuerunt *Watervillensis* et *Auspurgerus*. Primo adventu consuluit eos *Viretus*, quidnam agendum sibi foret. Exemplar literarum nostrarum exhibuit, mandata exposuit : imò ea quoque de scripto recitavit, ne quid nisi ex eorum autoritate tentaret. Nam hoc disertè professus est, se nihil esse acturum, si ita juberent. *Watervillensis⁴* suo more ambiguus responsis ludere hominem : « Suum non esse illi præscribere. Esse quidem ipsum sub ditione *Bernensium*, sed nunc commodatum *Generensibus*, licet ad breve tempus ; faceret ergo quod videret expedire. » Aderant ex certis Classibus fratres⁵. His figurato sermone subindicavit, minùs prudenter fecisse, quòd tantum ausi essent. « Vos, inquit, subditi estis. » Ad extremum tamen annuerunt ut se interponerent.

Antequam aliquid fieret, auditus est Viretus, qui sua oratione malos sic fregit, bonos animavit, medios vel infirmos excitavit, ut res propemodum confecta videretur. Certè si transigere inter se debuissent, facilè animadversum fuit, cessuros sponte adversarios fuisse. *Verùm jam Bernates petierant, ut sibi arbitrium permitteretur⁶.* Illi, ex formula quam domoultulerant, pronunciaverunt : *si non esset post duos menses sedata discordia, ut Farellus discederet⁷.* *Hor decreto audito, sic commotus est Farellus, ut Watervillensi minatus sit, Dominum graves de ipso pœnas sumpturum,* qui tantam plagam ecclesiæ et sacro ministerio inflixisset. Ita qui parùm erat antea *Farello* amicus, nunc factus est solito infestior. Et sanè præstitisset *Farellum* sibi tunc temperare, atque, ut non dissimulasset quod

de n. 8). Il est possible qu'en revenant sur ses pas, il se soit détourné de la route ordinaire, pour visiter ses parents à *Orbe* ou s'arrêter à *Lausanne*. Notre conjecture expliquerait son retour tardif à *Genève*.

³ Le dimanche 2 octobre (p. 264, renvoi de note 5).

⁴ *Jean-Jacques de Watteville*, l'ancien avoyer.

⁵ Sur ces députés des Classes du Pays romand, nous n'avons pas de détails, parce que les lettres des Classes sont perdues. Il n'existe plus que celle qui fut présentée par *Christophe Fabri* (N° 1047).

⁶ A comparer avec la p. 264, ligne 16.

⁷ La sentence officielle et publique n'allait pas si loin. C'est dans une entrevue avec *Farel*, que les ambassadeurs de Berne lui dirent que, si le différend n'était pas apaisé au bout de deux mois, lui, *Farel*, devrait quitter *Neuchâtel* (N° 1050, renvoi de note 17).

habebat in animo, placidiùs tamen et leniori oratione hominem excipere. Sed cogimur in tanto Christi organo huic nimie vehementie utcumque ignoscere.

Viretus biduo post⁸ conatus est mitigare hanc offensam, sed minùs profecit quàm volebat, recenti adhuc vulnere. Fuit quidem *Farello* justa causa cur homini sic excandesceret; sed magis expendere debuit quid expediret, ne, dum sibi et irae suae indulget, frustra hominem irritaret, et commodando et nocendo validum. Sed quia corrigi non potest, si quid peccavit, rogandus est Deus, ut hoc, qualecunque est, ex memoria deleat. Quanquam *vereor ne hæc Farelli denunciatio ratiocinium fuerit. Est enim vir ille⁹ mirum in modum mutatus*. Diceres ablatam illi fuisse mentem, ex quo profanis rationibus in bona ecclesiastica involavit¹⁰. Summus est derisor : ut nullam ferè vocem sine cavillo aut scommate, aut lædoria emittat. *In negotio Farelli, cum quidam apud eum diceret, quàm sancta debeat esse Domini vocatio, totum illum sermonem ludibrio excepit*. « Quasi, inquit, cogere me quis possit, ut mancipium domi retineam quod mihi displicet ! » Atque hæc comparatione non semel usus est : « Licet mihi mancipio, si non placet, solvere mercedem et jubere ut abeat. Cur non liceat ministro¹¹ ? » Hæc indignitas *Farellum* impulit, ut cum eo severiùs ageret. Et *vereor*, ut jam dixi, ne nimis verus fuerit vates : quoniam sic post tantam lucem, post insignes gratias acceptas, alienatus est *ille* a Deo qui reliquis omnibus præire debuerat. Verùm hæc inter nos sepulta esse oportet.

Nunc ita res habet. *Quia melior numerus*, hoc est, quicquid piorum hominum in urbe est, *Farellum habere cupit, decrevit ipse non cedere, nisi legibus sive imperio roactus fuerit. Nec alio animo illic detinetur, quàm quòd non audeat locum sibi a Deo destinatum deserere. Nunc inveniunda est ratio*, si fieri poterit, *ut nulla vel saltem quàm minima Bernatium offensione hoc fiat*. Nulla autem in causa tam perplexa mihi videtur expeditior, quàm si vestra ecclesia et aliæ quæ plurimum autoritatis habent, antequam illi duo menses

⁸ Le 4 ou le 5 octobre.

⁹ L'avoyer J.-J. de Watteville.

¹⁰ Les Réformateurs soutenaient que les biens ecclésiastiques devaient rester aux églises pour entretenir les pauvres, les écoles et les hôpitaux.

¹¹ Ce mot eut un grand succès. On le retrouve en tête d'un mémoire adressé, trois mois plus tard, à MM. de Berne par les adversaires de Farel.

elapsi fuerint, suo iudicio suum *Farello* ministerium stabiliant. Sic enim fiet, ut non necesse habeat *Farellus* arbitrorum sententiæ resistere. Tu etiam faciliè apud *Bernates* excusabis, quòd ideo petierit vestrum consilium, ut periculo obviaret, ne cogeretur rei iudicate se opponere. Quanquam minimè opus erit ullam arbitrii mentionem in responso vestro facere. *Literæ ad Magistratum*¹², *Ministros et plebem scribendæ erunt*. Minimè dubium nobis est, quin uno momento pacatam ecclesiam sitis reddituri, utcumque adhuc factionibus astuet. Plurimi enim sunt inter malos qui, arbitrii illius fiducia, animos resumpserant, qui audito vestro nomine protinus concident. Non instabo vehementiùs ut miseræ ecclesie succurras, ne tibi diffidere videar. Tantùm moneo : hortatione enim scio te nihil indigere. Et *hic frater, qui abunus et discipulus vester est*¹³, quod deerit meis literis oratione sua supplebit.

Ad reliqua literarum tuarum¹⁴ capita non possum nunc tam copiosè respondere quàm cuperem, et res ipsa posceret. Quod præcipuum est, *formulam ordinis ecclesiastici quam concepimus* mittere nunc non licet. Eam obtulimus Senatui, decimo quarto post die quàm negocium nobis datum erat¹⁵. Nondum habuimus responsum. Nec mihi adeò displicet quòd sunt aliquanto tardiores : et speramus eo certius fore quod nobis concedent. Ne quid illis suspectum esset, monuimus ut, si ita videretur, communicarent priùs cum ecclesiis germanicis, nec quidquam nisi ex earum sententia statuerent. Id facturos suspicamur¹⁶. Brevi itaque mittemus.

De Vireto, quoniam¹⁷ literas a Senatu obtineri posse confidis, rogo ut diligenter conficias. Scimus enim quàm difficiles futuri sint *Bernates*, vel ob id tantùm, ne sint nobis nimis¹⁸ benigni. Sed pa-

¹² Sous-entendu *Neocomensem*.

¹³ C'est évidemment *Eynard Pichon*, qui avait étudié à *Strasbourg* pendant près de deux ans (Voy. l'Index du t. VI).

¹⁴ A notre connaissance, cette lettre de *Bucer* n'a pas été conservée. Elle avait dû être remise à Calvin par sa femme.

¹⁵ Voyez la lettre de Calvin du 16 septembre (p. 249, n. 2).

¹⁶ Il ne paraît pas que le Conseil de Genève ait demandé l'avis des églises sur les *ordonnances ecclésiastiques* rédigées par Calvin et *Viret*.

¹⁷ Dans l'édition de Brunswick, *quam*. — La lettre où le Conseil de Strasbourg prie celui de Berne de laisser encore pour quelque temps *Viret* à Genève, est écrite en allemand et datée du 31 octobre. Voyez les *Calv. Opp.*, XI, 312.

¹⁸ Édition de Brunswick : *minus*. Le contexte demande *nimis*. Les relations entre Berne et Genève restant peu amicales, Calvin croyait que les Bernois ne seraient nullement disposés à prolonger le congé de *Viret*.

tientur forsau se per senatum vestrum exorari. Ego omuem lapidem morebo, ue à me abstrahatur. Instabo apud Sutzerum. Conzenum suppliciter orabo. Denique nihil omittam. Sed hoc simul cavendum erit, ut *Lausauensi*¹⁹ bene consulatur. Id fiet, si petes a *Conzeno* et *Sulzero*, ne quem nisi ex consilio *Vireti* et *Comitis*²⁰, qui alter est minister, praeferant. *Comes* ille, etiam si aliàs non sit optimus, hoc tamen boni habet, quòd bonum collegam expetit, et cum adeptus est, non modò tolerat, sed fovet. Quòd si *Viretus* non audiatur, periculum est ne qua pestis illuc ingeratur, quae totam viciniam inficiat²¹.

Tota illa pars epistolae qua excusus, quòd non habitus istic fuerim ut merebar, superuacua est. Memini enim et semper agnoscam, plus honoris vos mihi detulisse quàm jure meo expectare debuerim. Salvus ille conductus et alia quae in discessu contigerant, leviter²², fateor, pupugerunt meum animum. Sed ideo effundere in sinum vestrum libuit, ne quid intus continerem. Scitote igitur, illa omnia evanuisse. *Concordiam cum vicinis nostris et, si permiserint*²³, *fraternam quoque benevolentiam colere studebo*, summa qua potero fide et diligentia. Nemini certè, quod in me erit, dabo materiam offensionis. Peto autem abs te, *ne ex meis ad te literis aestimare velis quid hic agam vel dicam. Donec professus fuero, me non amplius posse ferre, ne dubita fideliter me praestare quod vobis recepi.* Et si qua in re spei vestrae non respondeam, scis me sub tua potestate esse. Admoneas, castiges, omnia facias quae patri licent in filium. Ignoscas meae festinationi. Non enim credas quàm tumultuanter scribam. Urget enim *hic frater*, ut jussus est à suis collegis²⁴ : et tot negotiis implicor, ut non sim apud me.

Cum *pestem ita sarrire* audio²⁵, non habeo quid dicam, nisi Deum armata manu certare cum nostra pertinacia. Si quidem plus

¹⁹ Sous-entendu : *ecclesia*.

²⁰ *Béat Comte*, collègue de *Viret* à Lausanne.

²¹ De ce passage nous concluons que le diacre *Alexandre* [*Sedeille* ?] n'était plus à Lausanne (Voy. p. 144).

²² Édition de Brunswick : *leniter*.

²³ Ibid. : *promiserint*. A comparer avec la p. 254, renvois de note 3-6.

²⁴ *Eynard Pichon* (N° 1050, n. 1). Nous supposons que ses collègues, les pasteurs neuchâtelois, l'avaient député à *Genève*, pour qu'il s'assurât que leur lettre circulaire relative à *Farel* avait l'approbation de Calvin et de *Viret*.

²⁵ La peste sévissait à Strasbourg, à Bâle, à Berne, à Fribourg et à Neuchâtel. Bienne fut atteinte dès le commencement du mois de novembre.

nimio stupidi sumus ad tot plagas. Et quemadmodum istic sævit manus Domini, ista nobis incumbit. *Serpit enim versùs nos pestis* : et si hac hyeme nobis pepererit, proximo tamen vere non effugiemus. Quid ergo restat, nisi ut ad preces confugiamus et lachrymas ? quod fit certè nimis segniter. Quò magis verendum est, ne isto tanto torpore iram judicis nostri magis adhuc provocemus. De vobis sumus solliciti, ut par est. Nam *ex calamitate ecclesie Basiliensis* ²⁶ *æstimamus quid nobis futurum sit, si Dominus vos eriperet* ²⁷. Ego certè non relim esse *superstes* : neque sustinerem, nisi Deus mirabiliter me fulciret. Vale, pater mihi semper in Domino honorande. Saluta mihi quàm diligentissimè D. D. *Capitonem, Hedionem, Matthiam* ²⁸, *Bedrottum* et alios. Item *Conradum* ²⁹, excusabisque quòd nihil scribam. Adeò multi continuo mihi obstrepunt, ut subinde cogar abrumpere. Saluta etiam amicissimè *uxorem tuam* ³⁰. Dominus vos omnes conservet, regat, tueatur ! Amen. Geneva, 15. Octobris 1544.

JOANNES CALVINUS TUUS.

Uxor mea salutat tuam peramanter, et totam familiam.

(*Inscriptio* :) D. Martino Bucero, Argéntoratensis ecclesie pastori et doctore fidelissimo, patri meo venerando.

²⁶ Allusion à la mort de *Simon Grynaeus* (p. 211, n. 13).

²⁷ *Capiton* et *Bédrot* devaient bientôt succomber à l'épidémie.

²⁸ *Matthias Zell*.

²⁹ *Conrad Hubert* (appelé aussi parfois *Hunbart, Pulbarba, Ornipogon*). Né en 1507 à Berg-Zabern, il étudia à Bâle, où il fut le *famulus* d'Ecolampade (I, 465). En 1531 il devint secrétaire et diacre de Bucer (Voy. Röhrich. *Gesch. der Reform. in Elsass*, II, 31).

³⁰ *Élisabeth Pallass* mourut peu de temps après. On lit dans la *Réponse* de *Mélancthon* au clergé de Cologne : « Prætulit *Bucerus* periculoso cœlibatui pium conjugium, duxit virginem honestam *Elisabetam* : quæ cum ex Evangelio didicisset, fugienda esse idola, volens reliquit monasticas superstitiones, fugit statuarum adorationes, mortuorum invocationes, prophanationem cœnæ Domini. Nupta igitur viro ita vixit, ut ejus pietas, pudicitia, et in omni actione modestia, multis bono exemplo essent ; fuit puerpera tredecies, sustinuit ærumnas non leves matri obeundas, rexit œconomiam magna sedulitate, docuit filias, fuit officiosa erga mulieres pauperes. *Poterat cum familia fugere grassantem Argentinæ pestilentiam, nisi maluisset socia esse periculorum mariti*, qui ex statione sua discedere noluit. Cum igitur contagia non posset vitare, oppressa morbo, decessit, sed antea se Deo fiducia Mediatoris piè commendaverat.

« Nihilne sceleris esse judicatis quòd talibus matronis mortuis et viventibus, quæ sunt Christi membra, maledicitis ? » (Responsio Ph. Melanthonis ad scriptum quorundam delectorum a Clero Secundario Colonie Agripinæ... Wittembergæ per Iosephum Klug, M.D.XLIII, fol. E 8.)

1054

OSWALD MYCONIUS à Henri Bullinger, à Zurich.

De Bâle, 24 octobre 1541.

Autographe. Arch. de Zurich. Calvini Opp. Bruns. XI, 304.

.....*Veniet Neocomensis quidam*¹ post dies aliquot *ad te, propter Farellum*, quem impii nonnulli cupiunt ejectum. Quæret consilium, quid huic faciendum. Putat enim quòd, sine Dei indignatione, munus in quod legitimè positus est relinquere, maximè propter scortum, imò adulteram valde generosam, non possit. Præmoneo ut consilio quæsito, dum adierit² ille, citiùs eum absolvas. Ego quidem jam longo tempore *noci severitatem Farelli; verùm eam in hoc negotio videtur planè abjecisse, adeò moderatè gessit omnia*. Quocirca totus illi faveo. Utinam aliquid inveniatur ad concordiam pastoris et ovium maximè adcommodum! Habet quidem vocationem aliò; verùm per priorem, quæ justior esse non potuit, arbitratur sibi non cedendum, postquam præter adulteram, à qua *Princeps*³ cum omni comitatus⁴ faece stat pertinaciter, non subest alia causa, cur audire nolint eum ampliùs. Habet à se parochos omnes, bonam partem Senatus, è plebe multos; trahit tamen *Princeps* secum numerum majorem. Hinc timenda seditio, nisi præcaueatur. Possem addere de *Farello* quaedam, quæ forsitan ad consultandum nonnihil facerent; sed otium non est ob institutas in crastinum diem supplicationes. Vale in Christo cum tuis. Basileæ, 24 Octobr. anno 41.

Os. MYCONIUS tuus.

(*Inscriptio* :) D. Heinricho Bullingero doctissimo, Tigurinorum antistiti vigilantissimo, fratri in Domino venerando suo.

¹ *Eynard Pichon* (N^{os} 1050, n. 1; 1053, renvois de note 13, 24). Il venait de partir pour *Strasbourg*, lorsque Myconius écrivit la présente lettre.

² Édition de Brunswick : *aderit*. — Le sens doit être celui-ci : Préparez votre consultation en attendant que le député des ministres neuchâtelois arrive à *Zurich*; vous pourrez ainsi le renvoyer plus tôt.

³ *Princeps* ne désigne pas la duchesse de Longueville, mais son Lieutenant *Georges de Rive*, gouverneur du comté de Neuchâtel.

⁴ Édition de Brunswick : *civitatis*.

1055

LES PASTEURS DE BALE à Guillaume Farel, à Neuchâtel.
De Bâle, 30 octobre 1541.

Minute autographe de Myconius. Bibl. de Zurich. *Calvini Opera*.
Brunsvigæ, XI, 302.

Salutem et pacem in Domino! *Accepimus literas Calvini unâ cum literis fratrum Neocomensium*¹, ex quibus intelleximus abunde quæ tibi parantur ab hominibus non piis, nulla causa existente quam ob rem sic vel cogitandum vel faciendum. Dolet ea res valde nobis, ut quæ supervenit haud expectata. Bene speravimus de ecclesia ista, maximè quia haberet rectorem *Farellum*. Et postquam te jam tribus, credo, annis per quietem audivisset, nihil succurrit, nisi nomen et gloriam Domini pulchre isthic et sanctificari et adescere. Age, Dominus habet hujus rei causam, ut qui non rarò tale aliquid parat, verùm ad finem optimum. Nostrum est consilia et facta ejusmodi superare per patientiam. *Nos hic, postquam satis quid ageudum foret nobis expeuderamus, ad senatum nostrum irimus, et causa exposita precati sumus, ut propter Dominum et ecclesiam Neocomensem senatum Bernensem ad concordiam inter te tuosque faciendam excitarent et promoverent pro virili*² : non esse alios qui et te retinere et præcavere tumultum possent efficacius. Voti compotes effecti, scripsimus et nos ad fratres³, cogitantes stimulum suis adderent non segnem, ne scandalo fieret obnoxia ecclesia ista, quod pati cogeretur si tu sine causa expelleris, imò si expellereris quòd mulierem adulteram tolerare non

¹ Nous croyons que « la lettre de Calvin » avait été remise aux ministres de Bâle par *Eynard Pichon*. Celle des « frères de Neuchâtel » était la lettre circulaire composée entre le 3 et le 10 octobre (N° 1050). Pendant que le député des pasteurs neuchâtelois allait accomplir sa mission à Strasbourg, *Myconius* et ses collègues avaient préparé leur réponse.

² Voyez la lettre du Conseil de Bâle du 7 novembre à celui de Berne.

³ La liaison des idées montre que ces « fratres » sont les ministres bernois (p. 282, lignes 3-4).

velles, et si hac quidem ratione daretur occasio malevolis ejficiendi pastorem vel a Deo datum, quoties in corripiendis peccatis paulò ferretur liberiùs. Speramus et à senatu et à fratribus in re tam honesta obsequium non defuturum.

Jam abs te illud efflagitamus, posteaquam Dominus Deus te haec tenus, ut organo haudquaquam abjiciendo, in aedificanda ecclesia sua velut de novo est usus, eorum memineras quae ad erigendum, non ad demolendum maxime pertinent. Inter prima cogitabis, quibusnam Christus Evangelium de se voluerit deprædicari, nempe electis, qui tamen in mundi hujus mortiferis actionibus adhuc voluntarentur. Est enim hæc sacri Verbi virtus, ut è mundo passim destinatos ad vitam velut aurum ex fimo colligat, donec totus Israel salvus fiat. Propter hos multa sunt toleranda et facienda, ne gratis præventur Evangelii: quod fieret tamen si sæculi hujus filios veluti rî conaremur attrahere. Nam hic facilius erit ut boni pastoribus et Evangelio careant, quàm ut mundus Incriliat Domino. Docendum putamus igitur ut pœnitentia et remissio peccatorum piis non auferantur per temeritatem impiorum. Sed lege sunt hi coërcendi. Maxime verò ita ne coërcitio illa prædicationem tollat Evangelii, et ita damnum patiantur, quod ad nos attinet, boni ac pii. Dico, quod ad nos attinet, hoc est, ad officium nostrum, et ne ledatur nobis conscientia. Nam Deus novit suis semper providere ne pereant. Si excommunicationis disciplina foret in ecclesiis quas hodie Dominus donavit Evangelio, quasi nullo contra flagitia labore pastores agere possent: quia qui nomen dedisset Christo, deinde autem peccaret, ejiceretur communi consensu de ecclesia, usque dum per pœnitentiam reduceretur. Nunc verò, postquam Dominus hanc disciplinam non dedit omnibus, agendum videtur ne nostra culpa etiam illud quod datum est auferatur.

Arbitramur itaque nihil non faciendum tibi ut cum tuis redeas in gratiam, ac deinceps agas ut pessimi quique sic te revereantur, qualiter filius malus revereri compellitur patrem suum. Non diligit, verùm interea ne hiscere quidem audet adversus illum. Quæ autem hic sit ineunda ratio, non nostram est præscribere, viro præsertim in hoc exercitii genere tam experto. Ipse per Domini gratiam invenies quæ huc potissimum spectant. Quamvis Paulus artifex hac in re, sicut etiam in omnibus, mihi videatur optimus, ubi Timotheum ita docet: « Porro servum Dei non oportet pugnare, sed placidum esse erga omnes, propensum ad docendum, tolerantem malos cum mansuetudine, erudientem eos qui obsis-

tunt, si quando det illis Deus penitentiam ad agnoscendum veritatem, et respiscant è diaboli laqueo, capti ab eo ad ipsius voluntatem. » Nam his verbis Apostolus quid aliud vult quàm ut omnem adhibeamus diligentiam, qua peccatores Domino velut illicebri-
lucrifaciamus : non certè quòd peccatis sit parcendum, ut contra quæ clamandum, sicut contra diabolum autorem eorum, sed quòd peccatoribus, ut qui corripiedi et emendandi sunt per dilectionem.

Carterùm quid obstinatis facies? Tradendi sunt excommunicationi, si gloriatur de ecclesia : sin aliter, magistratui permittendi. Ad me enim, qui præses sum ecclesiæ, nihil pertinent. Atqui piis obsunt malo exemplo. Cavebo per verbum omni studio, et per preces quantum valeo, non dubitans quin aliquid sim effecturus. *Quid putas, mi Farelle, nos jam hic per decennium decorasse, ut prædicatio penitentiae et remissionis peccatorum maneret integra? Scis enim qualis sit civitas nostra, quibus studiis inhiet, quæ sit petulantia, quæ contra Verbum temeritas, qui prædicatorum contemptus. Sed Dominus dedit ut correptionis severitate commodè servata, Eucangelium retinuerimus sanum et integrum, quamvis ejectionem et nos aliquando timuerimus.* Hæc scripsimus, Farelle doctissime, non profectò quòd te docere velimus, sed ut nostrum agamus officium. Decet enim ut curam inter nos geramus propter ecclesias Christi quàm maximè sedulam. Tu qualiacunque sunt æqui bonique consulas rogamus. Vale cum fratribus piis omnibus in Christo, et Dominum pro nobis ora. Basileæ, 30. Octobris anno 1541.

Os. MYCONIUS

jussu fratrum.

1056

JACQUES BÉDROT à Oswald Myconius, à Bâle.

(De Strasbourg, fin d'octobre 1541).

Autogr. Bibl. de Zurich. Calvini Opera. Brunsvigæ, 311.

Ne nescias, mi Myconi. *Impetravimus a Senatu literas ad Neocomenses pro Farello. Iisdem scripsit et Bucerus nomine fratrum* ¹

prolixè et diligenter, non decere tantum ministrum scilicet movere loco, nisi convictum vel quòd impiè doceret vel quòd malè vival. Rem esse pessimi exempli, propter acerbiorè reprehensionem in vitia, connivere temere tumultuantibus quibusdam, iisque paucis. Si peccavit, constituatur iudicium ecclesiasticum ex probatissimis ministris, præcipuis et minimè partialibus civibus; excutiantur querelæ, detur locus accusato. Est quidem eorum dimittere ministros quorum est accersere. Sed dimittendi sunt ex sententia Christi, qui *Farellum Neocomensibus* dedit. Electus est et vocatus per omnes ordines; per omnes igitur dimittatur, si justam dimittendi causam habent, non per paucos qui clamant: « Nolumus hunc regnare super nos. » Quàm multi sunt præcul dubio quibus fieret atrocissima injuria, si impune permetteretur paucis grassari in *Farellum!* Summa: non est causa mutandi: non enim vocatur ad aliam ecclesiam necessitate graviore urgente. *Acerbitas hominis intempestivior et nobis displicet. Sed non tantopere peccavit ut dignus sit qui moveatur loco.* Scripsit et privatim *Farello Bucerus*² et hortatus ipsum ad modestiam. Hæc te nescire nolui. Præstat *Neocomi* manere et quibuscunque modis retinere ipsum, quàm ut *Gebennam* se conferat, ob multas causas quas tu facilè potes divinare. Irrevisum hoc ad te. *Bernam* queso meas mittas.

BEDROTUS.

(*Inscriptio:*) Herr Oswald Myconio, predicanten zu Basel, minem liebem herren und fründt. Basel³.

¹ Voyez le N° suivant.

² Cette lettre de *Bucer* à *Farel* est perdue.

³ Nous avons relevé le paragraphe suivant dans une lettre de *Bédrot* à *Myconius*, datée du 31 octobre 1541: « Malè nos habent turbæ *Neocomensis ecclesie*. Noster Senatus scribet et *Bernensibus* et *Neocomensibus*; sed vereor parùm profecturas admonitiones. Utinam *Farellus*, optimus alioqui vir, ab iis temperaret quæ adeò movent vulgus, aut potiùs malis occasionem præbent adversus se insurgendi... Eduntur hic *Acta Ratisbonensiu germanicè*, et liber *Lutheri* quo explicat Articulos, diligenter conscriptus » (Autogr. Arch. de Zurich).

1057

LES PASTEURS DE STRASBOURG à l'Église de Neuchâtel.
De Strasbourg (fin d'octobre 1541.)

Minute autogr. de Bucer ¹. Arch. du Séminaire protestant
de Strasbourg. *Calvini Opera*. Brunsv., XI, 305.

Quanquam per se ingens necessitudo est et quodvis vere charitatis atque etiam familiaritatis officium meritò imperet consensio religionis, societas Christi, qua nobis invicem membra sumus, tamen nescio quo nos singulari hujus ipsius societatis in Christo vinculo adstrictos vobis sentiamus, eo quòd ecclesia vestra ministerio *Farelli nostri* (quo in adserendo et provèhendo regno Christi nos certè ardentiorum nullum novimus) primùm Christo restituta est, eumque ² postea tam vera canonica electione et sancta vocatione omnium ordinum repetierit. Accedit huc et præclarum illud facinus quod Domini spiritu succurrendo *ecclesie Genevatium*, in extremo discrimine laboranti, designastis ³. Sic ergo conjunctis, addictis vobis in Domino, *non possunt non magno opere curæ nobis esse ea quæ ad salutem et ornamentum ecclesie vestre maximè intersint, tum etiam ad alias vel ædificandas, vel gravi exemplo lædendas, plurimum momenti habeant. Quale profectò est gravis ista vestra de ministerio Farelli perturbatio*. Audivimus enim quosdam apud vos viri, ut Christo toto pectore ardentis, ita in causa Christi semper vehementis, sinceritate sic offensos esse, ut etiam aliis, qui eum tamen in Domino venerantur et retentum in ecclesia vestra velint, plerisque consultum videatur, illum ministerio ecclesie vestre ultro cedere.

¹ Les éditeurs des *Calvini Opera* disent que cette minute de Bucer présente beaucoup de ratures et de surcharges. N'ayant pas vu l'original, nous devons nous contenter de proposer quelques variantes qui rendront plus intelligibles deux ou trois phrases particulièrement embrouillées.

² Édition de Brunswick : *idque*.

³ En autorisant *Farel* à s'absenter plusieurs fois pour exciter, à l'égard de Genève, la sollicitude des églises et des gouvernements évangéliques.

Istæc cum rescivimus, magno certè, ut par erat, dolore et mœrore affecti sumus, cum vestre tum aliarum quoque ecclesiarum causa. Nam verè *nec vestra nec ulla perstabit ecclesia, si non Christi ministros veros ut Christi ministros amplectatur et audiat, hoc est, ut eos in quibus Christum ipsum Deum et Servatorem vestrum se audire credat*, juxta illud : « Qui vos audit me audit, qui vos contemnit me contemnit. » *Minister quidem vester est Favellus, sed in hoc ut Christo vos adducat* [i. *addicat* ?] : quare magis Christi minister est. Hujus ille negotium agit, ab hoc missus est. Hic siquidem è cœlis dat apostolos, evangelistas, prophetas, doctores et pastores. Quid ergo infelicius, quid perniciosius excogitari queat quàm rejicere eos quos Christus nobis mittit administratos æternæ salutis, dispensatores mysteriorum vite beatæ ? Nostis quid acciderit illis qui servos cœlestis regis, ad nuptias vocantes, rejecerunt ac contumelia affecerunt. *Jan Favellum a Christo ipso ad vos missum, et primum cum ultro veniret, et cum eum nuper solenni et certè sanctissima vocatione revocastis, quis dubitare possit fide vel medio-criter imbutus ?* Purum enim ille vos Christi evangelium purè et ardentissimo studio cum vera vite innocentia et sanctimonia apud vos et plantavit et provexit, fructumque haudquaquam vulgarem Domino apud vos attulit. Quod nemo potest nisi a Domino ad hoc missus : quomodo prædicabunt, nisi mittantur ? Ut multos itaque pedagogos habeatis in Christo, non tamen habetis alium quàm hunc patrem : hic vos per Evangelium Christo regeneravit, hic aluit, hic ad præclara incrementa educavit, alitque, fovet et provehit adhuc maxima cura et fide, ut nullus uspiam, illam ecclesiam. Loquimur quod verum scimus, testamur quod in Domino comper-tum habemus.

Quid igitur in eo displicet, ut quem Christus, non homo, vobis misit, et misit administrum salutis vestre, non dico rejiciatis, sed dimittatis ? ut patrem regenerationis vestre, non dico abdicatis, sed eripi vobis patiamini ? Mutavitne doctrinam et quod in Domino ædificavit nunc destruit, aut quod destruxit nunc reædificat ? At cum semper sinceriter, nunc docet sincerissimè : et quæ bene ac salutariter ædificavit, nunc absolvit et perficit : quæ piè ac necessariè destruxit, nunc penitè submovet et abolet. In vita igitur vitium est ? At ea est sanctitate ut et hostes admirari eam cogantur. *Sed offendit reprehensionis acerbitas. Quid verò reprehendit, optimi viri et frutres ? Quæ in reprehensione ejus acerbitas ? Num*

quòd⁴ reprehendit ea quæ spiritus Christi in Scripturis, quæque illa æterna morte digna esse prædicat? Quid jam acerbum adeò dici queat, ut par sit acerbitati peccati quo offenditur Deus, quo abjicitur regnum Christi, accersitur gehenna? Quid denique tanta vestri charitate flagrantissimus animus in vestra peccata dicere tam severum et vehemens possit, quod acerbum dici mereatur? Quàm verò meliora sunt hæc vulnera hujus et tam unicè diligentis vos et sitientis salutem vestram, quàm oscula eorum qui ad mala vestra connivent, ac ideo vos verè oderunt? Minister est hic spiritus Christi: hujus est reprehendere mundum de peccato, nunquam non pœnitentiam prædicare, semper cor contere et spiritum vero peccati dolore contundere. Quin irascimur peccatis nostris quæ nos alienant a Deo, quæ hæreditatem cœlorum, sanguine Christi partam, commutant [in] gehennam paratam Satanae et angelis ejus, non peccatorum reprehensioni quamlibet duræ, quæ à morte revocat, quæ ad salutarem pœnitentiam excitat?

